



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

De Voto Crvcis Et Itinere Versvs Romam. Capvt. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

DE VOTO CRUCIS ET ITI-
NERE VERSVS ROMAM.

CAPVT IV.

FOelix igitur Hroznata, sicut in temporalibus rebus gerendis, incóparabiliter extiterat strenuus; ita post excellenter dexteram mutationem, supra humanam æstimationem factus est Deo deuotus. Recolens enim veritatem Euang. lectionis, dicentis, *Nisi quis renunciauerit omnib. que possidet, non potest meus esse discipulus, & alibi. Qui non acceperit crucem suam, & sequatur me, non est dignus*, Crucis Dominicæ signaculo insignitus & æstuans interius amore Dominicæ Passionis, ad terram sanctam Hierusalem proficisci anhelat, vt impleat Psalmistæ verba dicentis, *Mibi autem adhaerere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam*. In quo proposito constanter perseuerans, cum latis expensis, suisq; sequacibus comitatus, dulce solum patriæ deserens destinatum arripit iter? Verum ad littus maris perductus, pelagi latitudinē, fluctuumque commotionem, & transitus difficultatē anxius suspicatur, & quidquid superfit agendum pauidus meditatur.

DE